Quelle:
Copyright:

I. II. et III. ut videre est in Cod. IX.

Wolfg: Saccus.

Not: Folio primo inscriptum est: "1492 Magister Wolfgangus Saccus Viennen sacre theologie doctor. Est is Wolfg. Saccus, de quo in Script: Univ: Viennensis Part. II. pag. 29 agitur.

Cod. CLXIV.

Chartac: Fol. Sec: 15.

A 7.24

Rusticani Jacobini Sermones de tempore.

Rusticani Jacobini Sortilla, seu Sermones de tempore per circulum anni. Initium primi est: "Movebo celum et terram etc. Super ista verba dicit quedam glossa." Hos sermones esse Rusticani Jacobini cujusdam viris litteratis hucusque ignoti suadet et titulus compacturae codicis inscriptus, et verba calci adjecta. "Explicit Rusticanus pusilla bona fratris Johannis Suabel." Reperiuntur quidem in Fabricii Bibl. m. & i. lat: T. VI. p. 139 Rusticanus quidam Italus Ord: Praedic: alumnus, de quo etiam Quetif in Script. Ord: Praedic: T. II. p. 64 sat jejune; an vero noster sit, alii edicant. Quae folio primo membranea cod. nostri adscripta leguntur, scilicet: "Rusticanus Jacobinus de tempore. Quadragesimale Gehlini. Imea Salutis" innuunt plura olim in hoc codice fuisse contenta.

Cod.

Bertholdus Rabisch.

Omnes fere sermones huius codicis sunt Bertholdi Rabischmensis. [V. Lauenbis Catall. 19. Cap.]